

lex caritas, cuius modus eternitas! Ite ergo in via Dei, cepistis<sup>d</sup> mutuis vos in caritate documentis, pergite feliciter, durate fortiter et tam nunc quam tunc mementote nostri, cum in vobis ceperit agonista<sup>e</sup> gloriosus coronari.

## 15.

*Der Bamberger Klerus an den König S(alomon von Ungarn):  
gratuliert zum Tode des Verräters (Bela) und bittet unter  
Hinweis auf den gemeinsamen Patron, den hl. Georg, um  
Unterstützung zur Erleichterung des schwierigen Jahres.  
(1063 etwa April.)*

*Cod. Paris. lat. 2903 fol. 51.*

Gloriosissimo regi S. ad rerum gubernacula divinitus electo totus Bambergensis ecclesie cētus se ipsum cum perpetua orationum instantia.

‘Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis!’ Gloria inquam Deo, qui antiquis potencie sue miraculis presentibus etiam seculis coruscans vestram excellentiam paterne dignitatis privilegio magnifice sublimavit, ut ipsa rerum attestatione suum illud oraculum erga vos intonuisse credatur: ‘Per me reges regnant’.<sup>1</sup> Periit enim sanguinarius ille parricida, extinctus est truculentus ille invasor.<sup>2</sup> At quomodo? profecto ut debuit, ut oportuit. Periurus enim traditor cum Juda pari et consorte suo horrenda morte crepuit. Et o iusta iudicia Domini et terribilia eius consilia! Cum quo enim scelerum societate fuit obligatus, cum illo ipso supplicii quoque similitudine est condempnatus. Quis hæc superni terroris flumina in hostes vestros non obstupescat? quis hanc divine pietatis hilaritatem, qua vobis tam felici rerum commutatione arrisit, non ammiretur? Iterum ergo iterumque gloria in excelsis Deo! Quia igitur non ambigimus vos divine

14. <sup>d</sup>) so, scheint verderbt.      <sup>e</sup>) agoniste c.

<sup>1</sup>) Prov. 8, 15.      <sup>2</sup>) Damit kann nur Bela von Ungarn gemeint sein. Lambert von Hersfeld (ed. HOLDER-EGGER S. 88) berichtet also ganz richtig, daß Bela zuerst starb und daß die Verhandlungen und der Krieg durch seinen Sohn Geisa geführt wurden. In allzugroßem Vertrauen auf die Annales Altahenses hat man diese Angabe bislang zurückgewiesen, vgl. HOLDER-EGGER l. c. und MEYER VON KNONAU 1, 344 N. 73.